



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Patris Gasparis Druzbecki

Pawlowski, Daniel

Ingolstadii, 1732

VD18 90066324

Honori, Et Amori Divi Joannis Nepomuceni, Sacramentorum Fidelissimi  
Ministri, Christi Athletæ Invictissimi, Patroni Fama Præsertim, Et Honore  
Periclitantium, Hoc Sæculo Famosissimi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45343**

HONORI, ET AMORI  
DIVI  
JOANNIS  
NEPOMUCENI,  
SACRAMENTORUM  
FIDELISSIMI MINISTRI,  
CHRISTI  
ATHLETÆ  
INVICTISSIMI,  
PATRONI  
FAMA PRÆSERTIM,  
ET HONORE  
PERICLITANTIUM,  
HOC SÆCULO  
FAMOSISSIMI

MARTYR  
GLORIOSISSIME  
GERMANIÆ NOSTRÆ  
TAVMATURGE  
CELEBRATISSIME.

**Q**Uòd pedibus tuis affusum  
cernas clientum infi-  
mum, Divorum Pa-  
triæ nostræ Evergetum Primas  
Sanctissime, non tam meæ im-  
putes audaciæ, quam tuæ ad-  
scribas, quam in me quoque  
voluisti maximam, clementiæ.  
Nam & tot Tibi dudum titulis  
devinctus, quot à te Benefi-  
ciis,

DEDICATIO.

ciis, hisque ferè totidem, ac  
necessitates meæ, imò pœnè  
negotia extitère, ornatus: &  
modò Ingenii præclari, ac per-  
quam Religiosi partum, in plu-  
res antehac libellos tanquam  
rivulos varios distractum, de-  
inceps verò justum in alveum  
operis unius, quod octodecim  
tamen opusculis constet, contra-  
ctum editurus in lucem, quid  
primum quàm de Sole mihi pro-  
spiciam, Patronum appellem,  
qui interposita Nominis sui au-  
ctoritate opus orbi commen-  
det, lucem illi copiosiore  
affundat, Majestate sua colo-  
rem faciens, concilians digni-  
tatem. Tu verò, qualem ne-  
mo non suspicit, nisi ultra no-  
ctuas cæcutiat, Sol profectò  
atque adeò ferè Solus es, unde

) ( 3

pro-

DEDICATIO.

propitium mihi, & rebus meis  
radium petere, & impetrare  
haud velim minus, ac debe-  
am. Quis enim ante Te non  
in amplissima modò Germa-  
nia nostra, verùm in orbe pro-  
pemodum universo Virtutis suæ  
seu potentioris seu Sanctioris  
splendoribus ita diem facit, ut  
non meridiem tuæ quidem San-  
ctitatis perfectissimum, Digni-  
tatis clarissimum, Beneficen-  
tiæ saluberrimum sentiamus o-  
mnes, & uno ore profiteamur.

Tu, quod omni aurò pre-  
tiosius, quo homini nil neces-  
sarium magis, utilius, & ca-  
rius nihil, tueris, aut reparas  
Nomen bonum, nec à malo  
tantùm vindicas, penitusque  
restituïs, verum in excelsa in-  
super

DEDICATIO.

super Gloriæ , & Summa Fortu-  
næ elevas, elevatumque con-  
servas sine ullo casûs discrimi-  
ne, sine Superbiæ vanitate. Si  
multi à Sole sparguntur radii,  
Taymaturga Virtus tua dona  
innumera ingenti liberalitate  
profundit : si ille corpora com-  
modis influxibus recreat , Tu  
optimam nostri, rerumque no-  
strarum partem gratis saluber-  
rimis Beas ; si spissos ille , &  
caliginosos vapores dissipat, Tu  
offusam famæ nostræ à mali-  
gnantibus linguis , aut even-  
tuum sinistrorum periculis ne-  
bulam pellis : si fulgore suo lu-  
nam & sidera , propria luce de-  
stituta illuminat, Tu lucem no-  
bis multò nobiliorem , quia ho-  
norificam , nec statis tantum  
temporibus , sed quoties indi-

DEDICATIO.

guerimus, copiosissimè imper-  
tiris. Quæ cum populorum  
ferantur vocibus, suffragiis com-  
probentur, Teque, ut olim  
Servatori Domino accidisse Sa-  
cer Historicus refert, turba  
Clientum, vel voti reorum, vel  
pro obtinendis beneficiis suppli-  
cum perpetuo comprimat, in  
me tamen, meosque, ex quo  
nos & nostra Tibi omnia addi-  
ximus, penitusque, consecrata  
voluimus, specialis quædam vir-  
tus Inde exiisse videtur; sive  
quòd, quæ intimiùs ad nos per-  
tinent, & ipsa adeò viscera tan-  
gunt, quoniam primum nobis  
amorem impendimus, sentimus  
propius, potius æstimamus,  
uberius laudamus: sive quòd  
verè, liceat dicere, quod cogi-  
tare suavissimum, experiri gra-  
tissi-

DEDICATIO.

tissimum, verè inquam clementiorem in nos obtutum defixeris. certè tenerrimò, ut ut cætera ineffabili solatio cor meum ebullire sentio, dum de prodigiosis favoribus tuis non jam aliis credere, sed fidem adhibere proprio licet experimento, Teque non modò commune orbis Refugium venerari, sed meum quoque Patronum, meisque constanter propitium familiari titulo compellare. Quare, quamquam is non sim, à quo luci tuæ radius, gloriæ augmentum possit accedere, latere tamen orbem non patiar, radios favoris tui gratiosissimos meam quoque domum penetrâsse, locumque, in quem ferantur specialius, elegisse: testem hu-

) ( 5

jus



DEDICATIO.

jus animi non plus mei quàm  
Tui hoc opus volo, quod tuis  
auspiciis vulgatum, Tibique  
dedicatum mittam in publi-  
cum. Nec est, quod timeam,  
minùs fortè id obsequium me-  
um Tibi placitum, nam  
quantulumcunque demum sit,  
animum tamen si spectes, ex  
quo suum ut Beneficiis ita offi-  
ciis pretium venit, toto cordis  
mei affectu minus non est.  
Materia quoque libri ea est, ut  
quod mutis hìc characteribus  
describitur, tuis in moribus,  
vitæque universæ ratione ve-  
lut viva in effigie præclarissi-  
mè fuerit repræsentatum. Su-  
scipe igitur. tenue hoc in Te  
amo-

DEDICATIO.

amoris nostri, gratissimæque  
voluntatis Memnosynon, quo  
tamen me non tam tot no-  
minibûs, quibûs obnoxium  
tibi habes, exsolutum, quàm  
perpetuò obstrictissimum cu-  
pio

Clientum tuorum devotissimus

Joannes Andreas de la Haye.

CATA-